



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Dionysivs Areopagita. 9. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

9. OCT. *Vita Sanctorum.* 555
in illo monte, qui ab olivetis nomen
habet, ab ipso Christo dudum edocta,
ad cælum illinc ascendit. *Ex Sur.*

S. DIONYSIVS AREOPAGITA.

9. Octobris.

IS est DIONYSIVS, cui nomen Areo-
pagus fecit, vir inter Athenienses exi-
mie doctus & siderum contemplatio-
ni addictus. Quare eo tempore, quo
omnis natura morientē Christum lu-
gebat, exclamasse fertur, *aut Deum la-
borare, aut mundum ruinam meditari.* A
Paulo deinde CHRISTO additus præ-
esse novitio Christianorum gregi Athe-
nis iussus est. Ajunt cum Apostolis ab-
eunti in cælos VIRGINI adfuisse. Certè
eam vidisse, aspectuque tam augusto
attonitus ingenuè scribitur affirmasse,
pro Deo hanc habiturū se fuisse, nī fides
DEI matrē esse suggessisset. Paulo etiā
commori cupidus Romam advolavit.
Sed prævertit Neronis crudelitas, qui
spem tantam in Paulo prius decollavit.
Galliam ergo cū jussu Clemētis Pont.
adiisset, annos numerans X. supra C.
vincula primò tulit, tum verbera; utra-
que Christianā fortitudine. Exinde fer-
reo, cui flammæ subjctæ erant, lectulo
incubuit; sed suaviora nunquā somnia
de cælo, quàm tunc vidit. Ita semiustu-
latus feris objectus est, sed has etiam
virtus demulsi. Iterū in flammis mis-
sus,

N n 2 sus,

fus, atrum exivit. Post in crucem actus
 cruce scilicet gravius habuit deponi e
 cruce. Ad extremum cum sacrificantem
 in carcere CHRISTVS spectabilis ani-
 masset, non minus mortis D. Pauli
 quam vitæ æmulus gladio occubuit.
 Illud memoratu dignum, quod abscis-
 sum caput inter Angelorum accinen-
 tium comitatus, suis ipse manibus pas-
 sus bis mille ad destinatum tumulum
 portaverit, novo miraculo & funus
 idem & funeris ductor. Ex *Hildwino* &
opere Marian. Canis.

S. THEOPHILVS CONF.

10. Octobris.

Hæc oculos & filii & parentes! Spe-
 culum commune utrisque hodie
 THEOPHILVS esto. Trimulum & sa-
 cris undis ablutum parentes pii ad Ste-
 phanum Eremi incolam abduxerunt,
 precibus Deo jam tum initiandum.
 Nimirum adhuc pueritiam immatu-
 ram cælo credemus? Tertio decimo
 tatis anno necdum exacto, sub Stepha-
 ni vultu feliciter THEOPHILVM An-
 gelus bonus fallens ad mundi contem-
 ptum illis verbis pellexit: *Tolle crucem
 tuam, & sequere me.* Et hodie ad eun-
 dem invitare hominem homini non li-
 cebit? non licebit Angelum æmulari?
 Iam nõ ignavus THEOPHILVS etiam
 inconsultis parentibus ad Stephanum,
 inde